

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Simonius Daniel Rohrmann

**Orationes Duae Contrariae Altera Qua Voluptas Summum Esse Bonum Asseritur:
Altera Qua Eidem Felicitas Detrahitur, Et Virtutis Actioni Ascribitur**

Rostochi[i]: Pedanus, 1618

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729228991>

Druck Freier  Zugang



J. Limonius (F. Kohmann)
R. U. phil. 1618.

26.

ORATIONES DUE CONTRARIÆ,

ALTERA

QUA VOLUPTAS
SUMMUM ESSE BO-
NUM ASSESTITUR;

ALTERA

QUA EIDEM FELICITAS
DETRAHITUR, ET VIRTUTIS
ACTIONI ASCRIBITUR,

Exercitij ergo recitate

SUB PRÆSIDIO

VIRI CLARISSIMI AC DOCTISSIMI

Dn. M. JOHANNIS SIMONII
Eloquentia Professoris celeberrimi,

â

DANIELE ROHRMANNO,
Curone Livono.



RostochI

Typis exscrisit Joachimus Pedanus,
ANNO M. DC. XVIII.

1618





Erè ac sapienter Orato-
rum Coriphæus, eos, qui semel
verecundie fines transierunt,
gnaviter impudentes esse oportere, ait. Illud ipsum manifestissimum
esse appareret in illis scele-
ratis hominibus, qui perfractis
omnibus virtutis ac honestatis
repagulis, rem absurdam, belui-
nam, ac barbaram planè, voluptatem, defendere, verbo-
rumq; suorum blandis lenocinijs hominibus persuadere
non verentur. Nem hominum impudentiam! nem audaci-
am. Illuc ne ventum est ut vitiorum sordes pro virtu-
tis ac honestatis gemmis, in pretio habeantur, ut deterio-
ra excolantur, meliora repudientur? Profectò si ita est,
quis mortalium eos, qui pudorem plane à pectore seque-
strarunt, quis eos non perditissimos, imo quos tetra-
unquam tulit scelestissimos esse affirmabit? quis non frau-
dulentissimos, Dei odia ac hominum mala, probri scele-
risq; plenos meritò appellabit: Utpote quorum nunquam
quicquam cui quam in mentem venit ut rectè faciant, qui
hæc habent consilia, ubi data occasio est, ut virtutis ac
honestatis cultores suppressant, viriorumq; patronos extollant & astris etiam fraudulentis conatibus suis inferere
maximè studeant. Eorum ut insaniam contundam,
audaciam compescam, rationes infringam ac labefactem:
paululum mihi differenti in audiendo benignitas veltra-
ut adsit, à vobis summopere peto ac contendeo. Gra-
vissime A. gravissimus philosophorum princeps Cato in-

A 2

quit;

quit: Nulla Capitalior pestis est quam voluptas corporis hominibus à natura data: Illa enim hominibus suspenda pericula corporis pariter ac animæ accersit & accumulat. Magna itaq; Deo T: O. M. habenda gratia, qui præclaris naturæ donis nos ditavit ac instruxit, qui ratione nos imbuuit; qua antiitemus anima bruta, qui præclaras ingenij dotes nobis indulxit, quibus ad vitam rectè honesteq; instituendam uteremur; qui deniq; nos armis ac telis validissimis, ratione schilicet, qua adversus affectuum intemperantem vim nos muniremus, ne in quævis virtutia inconsideratè laberemus; nos instruxit ac munivit maximè. Qui malum itaq; mortales cupidatum ac flagitorum scintillulis adeò adusti, tantis affectuum nebulis mentes illorum offuscatae ut divinas illas dotes animo comprehendere, ne dicam manibus palpare non valeant; sed virtutis pleni, audacter in quodvis facinus ruant, quovis scelere semaculent & conspurcent. Videlius (prohdolor) pecudes ratione destitutos, convenientem ubiq; naturæ suæ rationem observare, neq; præter necessarium suæ conservatis nutrimenti quicquam appetere amplius, nullave vic cogi posse ut pluribus saginetur quam natura illis præscripsit. Nos vero homines qui ratione illos antecellimus, tanto deteriores sumus, dum nostro arbitrio in voluptatum ac vitiorum Cæno quotidie volutamus, dum pravis affectibus frena laxamus, & illa in delitij habemus quæ brutorum animantium propria ac communia. Perpendite vobiscum, qualem illi laudem mereantur, qualem gloriam consequantur, qui turpibus voluptatibus affixi inhærent, ac quævis sceleris subire non erubescant; ij profectò non inter pecudes ne dum inter homines ferendi. Novitus A. Sardanapolium scelerum caput ac nequam hominis quo Sol scelestrem nunquam illuxit alterum; qui genio suo bona multa fecit,

fecit, ac scortando, potando, edendo ætatem trivit, cum
verò moreretur hæc sepulcro suo inscribi curavit: Sar-
danopolus Anazyndaraxi filius uno die Anchialon &
Tersum condidit; Tu verò hospes dum virenti canities
abest, ac calor juvenilis fervet, ede, bibe, lude, genio in-
dulge; nam ubi tarda senectute senectus corpus vitæq;
claustra resolvere cooperit, frustra omnem intumseris la-
borem, & post mortem nullam senties voluptatem. O vo-
cem belvinam non Rege dignam, o scelus abominandum.
Si ergo hæc quis animo secum reputaverit, neminem
credo adeò à virtutè alienum, aut ab honestate remotum,
quem voluptatem summum hominis bonum esse affirma-
re non depudeat. Sed pro dolor reperiuntur homines
quibus vesania mentis cerebrum adeò ex pugnavit, ut
sibi persuasum habeant se omnium felicissimos esse, dum
modo se vitamq; suam curent: dum bibant, dum libidi-
nosè agant, ignorantes quām calidum comedenter pran-
dium, quantos mali thesauros sibi ipsis apportaverint:
Dum enim se mare sœvis fluctibus horridum effugisse, ac
in terra tutoq; loco constitutos esse autumant, nequa-
quam saxa ac scopulos illos evitarunt, ad quos navis suæ
ludibriūm esse oportuit: ibi percipiunt satis parvam suam
in turpi voluptatem fuisse, præ quām quod molestum,
voluptatem quod comes mœror consequatur, ac incom-
modi plus malicq; illic absit boni si quid obligit. Quis
enim ignorat, quanta gravissima Dei ira eos maneat vo-
luptuarios, quām atrocissimis suppliciorum generibus
cos mactare soleat? Ita enim Deus apud Esaiam in illos
tonat, ut mortem etiam interminetur: Væ inquit, vae
vobis voluptatum ac vitiorum iter terentibus, quivos
quantum venter capit flore Liberi ac benè conditis da-
pibus completis ac ad crastinam usq; stellam compotatis:
iram mciam haud declinabis, sed poena æterna vos ma-
nebit.

nebit. An non verò primi nostri parentēs postquam
animo suo morem gessissent, ac de vetita arbore fructus
legissent atrocissimam Dei iram contraxerunt, sibiq; &
nobis omnibus mortem & exitium paraverunt? Sodo-
ma & Gomorra ob voluptates ad cineres redacta.
Diviti epuloni voluptates æternos corporis pariter ac
animæ poenas genuerunt? Est Auditores est hoc pro-
prium huic omnium vitiorum matri ac generici ut mul-
tas magnosq; delitij suis irretitos perdat ac pessundet.
Sed dicat quis, ad voluptatem nos natura invitari, eaq;
nos mirabiliter affici & oblectari, qui ergo eam ex vitæ
humanae contubernio exterminandam esse censeremus?
Quamvis verò voluptas nos interdum lubentiores fa-
ciat quam lubentia, imò laticia ingenti maximisq; affi-
ciat gaudijs, tamen illa omnia ex læticia & voluptate
ad luctum & lacrimas recidere solent, ac illud gaudium
in inopinatum moërorem convertitur. Attila Hunno-
rum Rex, flagellum quise Dei omnipotentis nominare
consueverat, in ipsa nuptiarum festivitate, in amplexu
novæ sponsæ, repentina morte sublatus, omnem regalis
magnificentie splendorem ac læticiam in pannos pullos
& funebrem luctum convertit. Quid dicam de Lu-
devico Magdeburgensi Episcopo, qui cum ministeria-
lium suorum puellas & matronas, ad ludos & choreas
evo casset, dies aliquot in omnium rerum copia ac af-
fluentia lætus exegit: Ipse choreas cum puellis ducens,
nulli hilaritati, levitati circulationibus & clamoribus
cessit. Tandem cum pausam nullam voluptatibus ac
libidinibus faceret, levissimi ignis splendor (qui vel gut-
tula aquæ extingui poterat) in conclavi apparens, tan-
tum Episcopi tremorem injectit, ut sibi ipsi non consta-
ret, sed timidus ad gradus festinaret, ac illos descen-
dendo in terram præcipitatus caput confregit. Videris
quam

quam tragicō exitu hæc voluptatis scæna terminata sit?
quam subito lætitia illa in tristiciam conversa;

Usq; adeò nulla est sincera voluptas

Sollicitumq; aliquid latet intervenit.

Præterea si nobiscum reputaverimus, quantis periculis nos voluptatis gratia implicemus, quanta mala nostro jumento accersamus, liquidò apparebit, voluptatem omnium malorum fontem ac scaturiginem esse, ideoq; summi boni nomine insigniri ac condecorari minime posse. Sœpiissime enim usu venire solet, ut quando voluptatibus ad nauseam usq; usi fuerint, ex ipsis suos cultores gravissimo infortunio mactentur. Cum enim illis venter mero effervescit, ilia & inguina æstuant, audacter in quodvis facinus ruunt, inconsideratè quamlibet rem aggrediuntur: Sic plerumq; fit ut quando se quis liberiori vini haustu invitaverit, mente caveat, ac pulsa verecundia petulantum verborum spicula evomat, quæ soluta oris libertas sœpicule multos collidat, ita ut à verbis ad verbera devemiant seq; invicem verberibus ad mortem usq; contundant. Interdum etiam vinum dum omnem pudoris ignaviam restinguunt, ad adulteria homicidia & quævis alia facinora perpatranda hortatur & invitatur; sicq; plurimos in gravissima pericula præcipitat. Audiamus etiam A. quantum damnum voluptas animæ inferat: Hæc enim ubi semel radices in corpore humano egit, agre & vix quidem extirpari & convelli potest, neq; patitur ut virtutis semina in agro illo speciosissimo crescant & augeantur. Hæc imitatrix boni malorum mater omnium, cuius blanditijs corrumpitur quicquid natura bonum. Hæc homines quorum mentes possidet non sinit ad mascula facta animum erigere, non virtutis desiderio flagrare. Qui enim fieri potest, ut qui semel se cupiditate mala de-

devinxerunt ad virtutis & honestatis amorem perducere queant: Præterea perpendite vobiscum quantis illa malis corpus affligat: Ut enim lignum occulta teredo consumit, sic voluptas corporis pariter ac ingenij vires debilitat & exedit: stuporem menti inducit, oculorum caliginem offundit, deniq; varia morborum genera accumulat: Fœculentæ enim omnes corruptæ valetudinis nebulæ ab intemperantiæ palude exhalant, itaq; fit ut quando vires fractæ ac exhaustæ, ante annos multi extremi senij mala bajulare cogantur. Sed nimis longum loquor, auresq; vestras saturas ad nauis usq; compleo, quare ubi perceperitis quantum detrimentum res familiaris patiatur compendij verba faciam. Non fit mihi verisimile multos voluptatis asseclos inveniri, qui aureos montes colant, aut argento suppæctum solum habeant: Nam illud genus hominum quod dies noctesq; bibit, pergræcatur, obsonat, ramenta plumea haud fiet gravior aut propensior, & rem si quam habet absunit ac celeriter perdit: Postea ubi bona paterna decoxit, miserè tanquam mures panem alienum rodit. Cum igitur A. ex his omnibus luce meridiana clarius elucescat, corporis voluptates omnis generis mala, ut cæciam nubes attrahere, & hos esse casses quibus ut in mari pisces homines incauti irritiuntur, hanc adeò malorum omnium esse matrem, quis ergo tam insanus, qui eam summum hominis bonum appellare volet; quippe quæ corpori simul ac animæ cladem inferat tristissimam, & quamvis animum initio titillat, postea poenitentiæ aculeo acerbissimè pungere soleat: Quare quisquis es.

Sperne voluptates nocet empta dolore voluptas.

D I X I.



Rassus summus ille Oratorum
Princeps de se apud Cicero-
nem fatetur, quod, si quando
rem absurdam & à veritate
non nihil alienam Auditori-
bus suis persuadere voluisset,
in orationis principio exal-
bescere, totaq; mente atq; ar-
tibus contremiscere solitus
fuerit. Ratus enim vir Præstantissimus nihil tam po-
lite proferri posse, quod non malevolorum censuram
subeat gravissimam, cui indomiti isti, quibus os sine
freno est, calumniæ suæ dentem non imprimant ac in-
figant. Ea si Oratorum Aquilæ accidant, quid mihi,
qui propter eruditionem satis tenuiter instructus,
propter linguæ balbutiem propemodum rudit, &
propter ætatis minus firmæ & judicij minus exacti de-
fectum, tanquam implunis avicula nidulo vix evola-
re audeo, quid inquam mihi fiet? verum erigit & beat
me quod nihil tam absonum nihil tam absurdum dici
possit: quod suis non nütatur rationibus: Præterea
etiam me solatur vestra in audiendo benignitas, qua
fretus rem à veritate non nihil alienorem proponere
vestrisq; oculis, idq; exercitijs caussa, subjecere aggredi-
dar. Dicam itaq; & quam potero verba in pauca
conferam paucissima, Summum hominis bonum in
voluptate consistere: Quod quamvis haud verisimile
vobis videri possit, tamen si opera auribus atq; ad
ani-

)

animadvertisenda benignitas vestra adfuerit, faciam, ita
esse ut credatis. Etenim A. simul ac homines matris
alvo exclusi luminis oras contingunt, statim volupta-
tum illecebris capiuntur, alij corporis voluptates se-
stantur, plurimi rebus quæ sensus quoquomodo dul-
cedine afficiunt magnoperè deliniuntur, & quæ vel
avres suavitate demulcent, vel oculos pulcritudine
præstringant, vel alijs sensibus jucunditate aliqua dul-
cescere putantur, aut corpus gaudio perfundunt, in his
festandis omnem operam omne studium & indu-
striam collocant: huc plenis velis remisq; contendunt.
Neq; injuria hæc fieri quisquam autumet. Quæ enim
mortaliū sine voluptate vita & poena profecto: Non
enim nati, ut miserum dura virtute maceremus ani-
mum, & è felicitatis contubernio planè proturbemus,
sed ut mollitie blanda nos bearemus, ut suavitatibns
atq; lubentij omnibus nos irrigaremus, & veluti jam-
jam abituros ex hoc ergastulo hospites suaviter cura-
remus. Si verò jam naturæ vellemus repugnare, quid
quæso aliud esset, quam more gigantum cum Dijs
bellare? Illa ergo non solum hominibus, verum etiam
singulis animantibus brutis voluptatis dulcedinem in-
fudit atq; instillavit. Hoc aurium dulcedinem sentit,
illud visus suavitate afficitur, deniq; trahit sua quemq;
voluptas. Quemadmodum Scriptores de Delphine:
tradunt, eum tanta Musicæ dulcedine affici, ut etiam
toros dies ac noctes avida aure suaves cytharae sonos
imbibere ac percipere prægestiat. Ajunt insuper
Orionem, cum à nautis ad mortem damnaretur,
tantillum sibi temporis concedi petijisse, quo ante
mortem cythara sua canere posset: Quo imperato-
sum sit testudinem ac solerti digitorum ingenio ner-
vos

vosimo jugi impulit, ac planè molli carmine chordarum melos animavit: quod cum Delphinis aures verberrasset, attonitus ille & velut extra se positus cito occurrit ac præcipitatem se in mare Orionem dorso impo- situm salvum ac in columnem per maria vexit, tandem terræ imposuit ac reddidit. O in animali bruto voluptratem inauditam ac mirabilem. Manifestum etiam est quosdam animantes saporis dulcedine titillari ac affici maximè. Simiæ enim illa quæ jucundissimè sa- piunt magis arrident, quam quæ insipida & rancida. Pardus suavi odore vini adeò delinitur, ut, quando flos vini veteris naribus ejus objectus, tanta voluptrate afficiatur, ut odoris suavitate inebrietur & caput de- ponat sicq; à Venatoribus capiatur. Quid dicam de voluptrate quam visus animantibus inginit: Colum- bus enim conspecta columba valdè recreatur, suavi murmure aliarumq; conflietu voluptratem suam in- dicat. Si verò animantes ratione vidui his exciten- tur, quid obstabit quod minus homines istis voluptati- bus ceu suavi thyris percutiantur. Nemo ergò his perceptis voluptratem summum hominis bonum esse affirmare dubitat. Præterea quis ignorat volupta- tem generi humano maxime convenire: Si ergo ho- mines assidue laboribus se frangerent, nec quicquam voluptatis caperent, sibi ipsis constare non possent. Studiosus adolescens in Musarum pratis excurrens si quotidiè se maceraret, nunquam animum studiorum perpetuitate fatigatum instauraret ac voluptrate refo- cillaret, profectò in medio cursu corrueret & consi- steret. Colonus si indefesso studio agrum suum semper coleret, nec unquam animum ad voluptates remitte- ret diu durare non posset. Ea propter usus exigit ut

animum curis saucium laboribusq; énervatum rore
hilaritatis imbuamus, dies aliquot suaves ac amoenos
agtemus, donec Sisyphios nostros eosq; catenatos
labores mitigaverimus, frontem ac animum curarum
severitate contractum exporremus. Illud ipsum à
patribus nostris credamus factitatum, ut quando dies
integros laboribus fregissent, noctes etiam continuas
sent diem aliquem è melioribus habuerint, hortum
aliquem floribus, quasi lætissimis coloribus, depictum,
undiquaq; odoris suavitates gratissimas spargentem
introirent, ibi q; mentem curis plenam & opere defa-
tigatam blandis voluptatum generibus foverent. Cæ-
terum multi reperiuntur qui tot annos studijs strenue
invigilant non ut memoriam suam grata recordatione
ad posteros transmittere studeant, neve ut celebres ac
honesto honestiores habeantur, sed sola hac gratia,
ut voluptatem suam expleant, seq; maximè delesta-
re possint. Nec desunt etiam qui dummodo affecti-
bus ad satietatem usq; morem gerant, ingentes sum-
ptus faciant, in gravissima pericula se præcipent,
bellorum deniq; acerrima incendia spargant. Exem-
pla ne desideratis A quæ veritatis faciem vobis allu-
ceant, quæ verissima hæc non ementita esse demon-
strent. Notus Tyberius, qui ob id Biberius dictus:
postquam cum Pomponio Flacco & L. Pisone no-
ctem continuumq; biduum epulando potandoq;
consumpsisset, alteri Syriam Provinciam, alteri urbis
Præfecturam detulit, hominiq; ignotissimo quæstu-
ram adjudicavit ob eductam propinante se vini am-
phoram. Manifesta est voluptas quatuor senum in
Italia ad stuporem usq; compotantium. Quorum na-
m minimus quinquaginta octo cum esset annorum,
secun-

secundus sexagesimum tertium tereret, Tertius octua-
gesimum septimum exegisset, quartus nonaginta duos
complevisset, ita ad bibendum se invicem provoca-
runt, ut bini binis suos præbiberent annos, & hi tot
crateres respondendo exsiccarent, quot isti annos
vixissent. Itaq; natu minimus cum natu maximo cen-
tum quadraginta tres scyphos propinarunt reliquis
duobus medijs, & hi totidem istis sibi invicem re-
spondendo præbiberunt, usq; dum potandi deside-
rium explevissent. Et hæc est causa quod hoc sæculo
etiam juvenes adolescentes, ætatem suaviter agant,
edant, bibant, cum interim ætatis pleni animaq; fæti-
da, hircosi ac defloccati senes, his delitijs minus quam
lapides titillantur & afficiuntur, sed domi dilatitant
atq; hoc agunt, quo ingentes pecuniae acervos cor-
radant & colligant. Quid dicam de Regibus ac Prin-
cipibus multis, qui voluptatem adeò amplexi fuerunt,
ut ejus generis sumptus ingentes perdere veriti non
fuerint. Xerxes Persarum Rex opulentissimus, cui
eorum omnium quæ mens humana voluptate dedita
excogitare potest, nihil unquam defuit, publico edi-
cto præmium ei proposuit, qui novum aliquot vo-
luptatis genus excogitaret. Antoninus rantis vo-
luptatum illecebris irretitus accaptus erat, ut coco cui-
dam, qui unam coenam scite paraverat omnia con-
fitem civis Magnetis bona dederit. Quid dicam de vi-
ris sapientibus, annon illi etiam delicias in oculis tule-
runt? Quibus non delitijs ac voluptatibus capieban-
tur mortales ante diluvium? Quæ autem causa fuit,
quod Absolon paterni amoris oblitus patrem e regno
expelleret? An non voluptas? Si ergo viri sapientes
voluptatem adamarunt, in eoq; vitam beatam con-

X 3

sistere

NB

sisteret rati, quis ergo vestrum aliter existimabit? Huc
respexit etiam Martialis Poëta, qui vitam beatam
describens sic ait: Vitam quæ faciunt beatiorem, ju-
cundissime Martialis; hæc sunt. Res non parva labore
sed relictæ: Non ingratus ager, focus perennis: lis nun-
quam: toga rara, mens quieta, vires ingenuæ, salubre
corpus, Prudens simplicitas, pares amici, convictus fa-
cijs, sine ante Mensa, Nox non ebria sed soluta cu-
ris: non tristis thorax, attamen pudicus: somnus qui fa-
ciat breves tenebras, quod sis esse velis, nihilq; malis,
summum nec metues diem nec optes. Hæc omnia
abundè voluptati inesse nemo dubitat. Præterea
quid dicam de viribus corporis, quæ per voluptatem
mirè crescunt? quid de trecentis alijs commodis quæ
hujus beneficio ad hominum usus resultant, ac redun-
dant? Amicitiam ergo qua nihil sanctius nihil utilius,
multorum nobis paramus, quæ utraq; fortuna maximè
nobis necessaria, si ergo illa destituti essemus, quis ca-
sibus tristissimis nos solaretur, quis incertores nostros
leniret & abstergeret, quis deniq; miserrimis ac ino-
pibus ferret auxilia, quis subveniret? Hem voluptatis
utilitates hem commoditates maxima! Hæc efficit, ut
qui sapiunt, ad veram lætitiam contendant, ad quam
non pedum itinere, sed passibus animarum itur. Hu-
jus suavissimæ rei cogitatio Rerumpub ortus & incre-
menta conservat: hæc Principes cū subditis conjungit,
virum & uxorem in officio detinet, liberos & parentes
amore conglutinat. Propter hanc diversa studiorum
genera, data, ita ut hic in eo totus desudet, quo abscondi-
tos naturæ recessus investiget, hic morborum
causas inquirat, eorumq; cruciatibus hominem exi-
mat; alter hanc sibi curam propriam habeat, ut regna
ac

ac civitates ad suaviter vivendum constitutas prudentia
sue clavo regat, populos ab inhumanitate ad hu-
manitatem blandis suorum verborum lenocinijs per-
ducat. Tandem hic patria relieta, parentibus & ami-
cis post habitis, ad exteris gentes ac terras longius ac
liberius excurrit, ad varias fortunæ vices se durat, ani-
mum tandem veræ prudentiae cortice obducit ac tegit.
Quæ cum omnia sola voluptatis causa fiant, merito
eam summam hominis felicitatem appellabimus. Sed
& experientia rerum voluptuarios æmulos, compluri-
mos habere, neq; si quo errore ducantur solos errare.
Peregrini enim si quando ad nos veniunt, alios mo-
nes plerumq; alia vestimentorum genera in nostram
civitatem introducunt: Ibi non pauci mox novarum
rerum studiosi reperiuntur, qui hominem laudant,
mores approbant, & si quid insolitum vestibus, autre
alia repræsentaverit hominibus ingentem amorem ac
desiderium hujus vel illius inginit, statim inde sibi
quisq; exemplum expertunt, sibi quisq; simile suo usq;
sumptu desiderant, operæ ne parcunt suæ, usq; adeò
donec ejus satietatem cœperint suæq; voluntati satis-
ficerint. Sic etiam in rebus alijs à prudentioribus fa-
ctitari assoler, ut qui antea hanc rem in delitijs habue-
runt, eam postea naucent, eamq; quam alij amplexan-
tur, & illi appetant: sic qui antea pij nec magis virtutis
studiosi habiti fuerint, postea in aliam partem pal-
mam possideant. Nec filius ille prodigus solus in hac
palestra clarus fuit, sed commilitones eum complurimi
imitati, qui ederint, biberint, dies noctesq; pergræca-
ti fuerit, remq; paternam disperdiderint. O insulsos
itaq; ac plane bardos ac blennos, qui voluptatem &
felicitatis contubernio, Stoico supercilie, & capera-

ta

ta quasi fronte propulsare non erubescunt. Et quid est quod tantopere nos à voluptatum delitijs deterreat? quippe cum ante hæc sæcula etiam viri sapientes se invicem ad voluptatem invitaverint, Thessalicis, Erychtonicis, Sybariticisq; epulis & convivijs gavili fuerint, choreas duxerint, genio indulserint, interea verò suum creatorem non posthabuerint, sed quotidie mane ac vesperi precibus indefessis ac sacrificijs opulentis cum depacisci haud neglexerint. Tandem ne præter solitum vos diutius detineam, annon videmus nos etiam à magistris ad obeundas voluptates cogi, & ad celebrandos dies festos, ad nuptiarum ritus peragendos? ibi coacti corpus animumq; delitijs recreamus, & ad omnem hilaritatem effundimus. Cætumq; itaq; est vitam humānam absq; voluptatibus consistere non posse, hinc multi voluptate, egentes se ipsos vita abdicarunt. Sed de fino aures vestras saturas pluribus onerare. Audivisti itaq; naturam omni animantium generi voluptatis scintillulas infudisse, præ cæteris verò maximè homini, quod absq; ea nequaquam ævum vitalē vivere possit. voluptas enim curas hominum dispellit, lætos efficit, & ad quævis munera obeunda idoneos reddit, unde & factum ut Reges plurimi ut & Principes eam affectare nt, ejusq; gratia nullis sumptibus parcerent, & propter eam quævis pericula subirent. Quæ cum ita sint, quid obfuerit, quo minus & nos eam veram ac synceram voluptatem esse dicamus? Quare quisquis es, dum ætas permittit, tempus suadet, lubentij omnibus vela dabis:

Nam mox felicior ætas
Terga dabit: tremulaq; gradu venit agra senectus.

82 26

ac civitates ad suaviter vivendum co-
tiæ suæ clavore regat, populos ab inh-
manitatem blandis suorum verborum
ducat. Tandem hic patria relicta, p-
cis post habitis, ad exterios gentes ac
liberius excurrit, ad varias fortunæ v-
mum tandem veræ prudentiæ cortice
Quæ cum omnia sola voluptatis ca-
eam summam hominis felicitatem ap-
& experientia rerum voluptuarios'æ
mos habere, neq; si quo errore duca
Peregrini enim si quando ad nos v-
nes plerumq; alia vestimentorum ge-
civitatem introducunt: Ibi non pau-
rerum studiosi reperiuntur, qui hot-
mores approbant, & frivid insolitus
alia repræsentaverit hominibus inge-
desiderium hujus vel illius inginit,
quisq; exemplum expetunt, sibi quis
sumptu-desiderant, operæ ne parcun-
donec ejus satietatem cooperint suæq;
fecerint. Sic etiam in rebus alijs à pr-
ætitari assoler, ut qui antea hanc rem
runt, eam postea nauseent, eamq; qua-
tur, & illi appetant: sic qui antea pij n-
studiosi habitu fuerint, postea in al-
mam possideant. Nec filius ille prod-
palestra clarus fuit, sed commilitones
imitati, qui ederint, biberint, dics no-
ti fuerit, remq; paternam disperdide-
itaq; ac plane bardos ac blennos, q;
felicitatis contubernio, Stoico super-

